



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Conuersio, & vita Babylæ Mimi, necnon Cometæ, & Nicosæ concubinarum
eius. Capvt. XXXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

tem ad se meretricem Dominus, & saluator omnium Christus Deus noster. Respondit ei senex: Sed meretrix illa non permansit meretrix. Tum ipsa: Spero in filium Dei viui, quia ab hodierno die neq; ego permãebo in peccato hoc. Relinquēs igitur adolescentes, & sua omnia, secuta est senes illos. Miserunt autem illam in monasterium prope Aega ciuitatem. Hanc & ego iam anum vidi magnæ prudentiæ fœminam, & ista ex eius ore didici. Erat aut̃ illi nomen Maria.

Comuersio, & vita Babylæ Mimi, necnon Cometae, & Nicose concubinarum eius.

CAPVT. XXXII.

Mimus quidam erat in Tharso Ciliciæ, nomine Babylas. Erant autem illi duæ concubinae. Nomen vni Cometa, nomen alteri Nicosa. Viuebat autem luxuriosè, agens omnia, quæ illi dæmon suggessisset. Die verò quadã ingressus Ecclesiam, audiuit per dispensationē Dei sanctum Euangelium legi. Erat autem ista lectio: Penitentiam agite appropinquauit enim Regnū celorum. Compunctusque cepit cum lachrymis horrere, ac se miserum dicere pro his, quæ peccauerat. Confestim igitur egressus extra Ecclesiã, vocauit duas amicas suas, dixitq; illis: Scitis quomodo vobiscum luxuriosè vixerim, vtq; nunquã alteram plus quã alterã dilexerim. Itaq; vestra sunt omnia, quæcunq; ego acquisiui. Accipite ea & diuidite inter vos. Ego enim exnunc abrenuncio seculo, & efficior monachus. Illæ autē ex vno ore responderunt ei cū lachrymis Ad luxuriã, & animarum nostrarū interitum communicauim⁹ tibi, nunc verò quando hoc Deo placitum opus facere vis, dimittis nos, & id solus facis? Profectò non ita erit, sed etiã in bono cõmunicabimus tibi.

Atque

Atq; ita Mimus quidem inclusit se in vna turris
ciuitatis. Illæ verò, venditis omnibus suis, erogatis
que pauperibus, accipientes & ipsæ 2 religiosu ha-
bitum, fecerunt sibi prope turrem cellulam, & se
ipsas pariter incluserunt. Hunc & ego vidi, & ab
eo valde ædificatus sum: Est enim vir valde hu-
milis, & clemens, atq; misericors. Scripsi autem
hoc pro vtilitate legentium.

- 1 *Habes in hac conuersione vera pænitentia formam,
que est dolor de peccatis commissis & firmum pro-
positum, de non committendis in futurum, vna cum
sumptione nouæ vitæ.*
- 2 *Ecce quomodo etiam olim qui Monachi, vel Sancti
moniales fiebant, nouum Religionis habitum muta-
bant.*

Vita Sancti Episcopi Theodoti.

C A P V T X X X I I I .

Narrauit nobis quidam patrum quòd fuerit
in sancta ciuitate Episcopus quidam, nomi-
ne Theodotus, tantæ benignitatis, vt cum
in vna solennitate inuitasset quosdam de clericis
suis ad conuiuium, vnusq; ex eis venire noluisse,
neq; inuitationi acquiescisset. tunc quidè Patriar-
cha siluerit, alias verò ipse ad eum profectus sit
rogans, vt veniret, mensæq; communis partici-
fieret.

Dicebat autem rursus de ipso Episcopo The-
odoto, quòd ita fuerit mitis, atque humilis
vt cum semel iter ageret cum vno clerico,
& ipse quidem lectica veheretur, clericus vero e-
quo insideret, dixerit clerico suo Patriar: ha: Mo-
temus vehicula nostra, & tu quidem lectica ve-
here, ego autem eques ibo. Cum verò clericus id
facere